

9516 Aug. sac. | deae | Souconn|ae¹ | oppidani | Cabilonn|en-
ses² | p. c.

Chalon-sur-Saône, ubi fuit Cabilonnum (cf. XXIII p. 408), rep. (Villefosse comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1912 p. 678 vidit ectypum). — 1) Cf. N. 9313. — 2) Cabilonn- etiam nummi aetatis Merowingicae, quos citat Villef.; Cabillon- vel Cavillon- vulgo.

9517 [C]oncordiae Aug. | sacram | C. Clodius C. f. Magnus et
C. | Clodius Crescens pater arg. | imagines III et signum cum suis
ornamentis et | basi pigmentaris et miniaris sua pec. d. d.

Romae inter Tiberim et montem Testaceum ut dicebatur reperta (H. L. Wilson American journal of archaeology 1912 p. 94)

9518 Phoebo | Domitia | Domitian¹ ser. | Domitia Athenais |
fratri et Ianuarius | cognatus ex collegio² | heroi³ Corbulonis et Lon-
ginae⁴ | p.

Prope vicum Caporciano agri Peltuinatis rep. (Persichetti Roem. Mitt. 27, 1912 p. 309 cf. p. 307). In eadem regione reperti sunt tituli complures ad domum Domitiae pertinentes, IX 3419. 3432 cf. 3418. 3438. — 1) Cf. N. 271. 272. 1886^a cet. — 2) Collegium cui mandata erat cura monumenti alicuius, memoriae Corbulonis et Longinae (cf. 272) dicati, vel etiam ipsius mausolei eorum, cf. supra N. 8378, item N. 7329. — 3) Intellege: τοῦ ἡρώφου. — 4) Aut ipsa Domitia Domitiani, Longina etiam alibi dicta, aut mater eius, uxor Corbulonis, praeterea ignota (nisi ad eam spectat IX 3426).

9519 M. Albius M. l. Philer.¹

Figura humana inimica² ardore ignescitur³,
cinerescut (*sic*) conqueta membra animantium. Hem!⁴

Romae rep. ante portam Praenestinam in columbario quodam, tabula marmorea lata m. 0,55 (Ghislanzoni Notizie degli scavi 1912 p. 87). — 1) Phileros. — 2) inimici Nonius (cf. not. 3), recte ut videtur. — 3) Hunc versum ex Colace Laberii citat Nonius p. 481. — 4) Hem in fine versus positum etiam apud Terentium Andr. 590. 592. 859. 928.

9520 Sentia | Saturnini¹ | Cn. l. Soteris. | Tutost agros | oecia
cepos taphos².

Monte-Compatri-Colonna agri Tusculani in hortis ducis Gallese (Bull. archeologic. comunale di Roma 1913 ad ectypum datum a Ioh. Kaiser). — 1) Cognomen patroni, qui videtur fuisse Cn. Sentius Saturninus consul a. p. Chr. 4, fortasse postea insertum. — 2) Intellege: τοῦτ' ἐστιν ἀγερός, οἰκλα, χῖπος, τίφος.

9521 amici ego vos | hic exspecto, | Leo nomine et | signo-
Leontius.

Romae in coemeterio Iudeorum via Portuensi, rep. fossionibus Mülleri nostri a. 1904/5 (Schneider-Graziosi nuovo bullett. di arch. crist. 21, 1915 p. 44 n. 100).